



# Disputatio medica inauguralis de natura febris

<https://hdl.handle.net/1874/343786>

12.

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
**NATURA FEBRIS,**

AUSPICE <sup>QUAM</sup> DEO OPT. MAX.  
*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

**M. GERARDI de VRIES,**

Philosophiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Illustri  
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicorum Consensu, Nobilissimaque  
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PROGRADU DOCTORATUS  
Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis, ritè  
& legitimè consequendis,

*Publicè defendendam suscipit*  
**GISBERTUS LAURENTIUS VAN RHIJN, WESOP.**  
*Ad diem 13. Junii, horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,  
Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiac  
Typographi, clc Icc xcii.

*Medicorum Principi*

D E O.

Charissimæ Patriæ , deliciis  
nostris.

Consanguineis mihi ac  
amicis gratissimis.

*Quo par est animo hanc disputationem  
inauguralem dicat*

GISB. LAURENTIUS van RHYN,

Auct. & Resp.



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
NATURA FEBRIS.

§. I.

**G**igitanti mihi, priusquam pro more eorum qui gradu doctorali intendunt, publico eruditorum examini de morbō quodam sentire meum traderem, valetudinem humanam (cui læse prospicere nostrum est) plagiis innumeris pro innumera mutabilitate suā subjectam fore haud ignorans, sciens tamen hac disputationis horā, non omnes qui occurrunt in arte medicā explicandos à me statuere morbos posse, animus est (faxit Deus) febrim in genere ejusve naturam ut scopum rationibus collimandum quorumlibet ingenii exponere hoc ut recte fiat, à Jove principium sit &

*Summe Dei nostra dirige navis iter.*

§. II. Clariss. Heurnius: lib. I. Cap. I. de Febris. ut Febris essentia, inquit, nobis recte explorata sit peruestigare in primis de-

## 4 DISPUTATIO MEDICA

bemus quidnam Febris sit. Cui sententiae subscribens æquum duxi præmittere etymologiam quæ à verbo servendo, ut habet dictus autor, originem habet. Clariss. Sennert. à februō, quod est, ut ait, ferveo. Francisc. Piens Cap. i. febris si nomen sp̄teres videatur illud à calore accepisse: quod profecto veteribus haud ignotum exstissee arbitror, qui febrem definiēt, calorem in corde præternaturam auctum in omne corpus effusum &c. dixerunt, & multā verborum ambage potius ornatum quam veram cognitionem rei continentem successoribus tradiderunt. Nos quāvis non omnium veterum definitiones rejiciamus, tamen ut brevitatē, rei que energiæ consulamus, sequentem statuimus.

§. III. Est febris fermentatio sanguinis præternaturalis pulsus frequentiorē producens. Verum cum apud veteres fermentatio sanguinis incognita fuerit (cujus loco calorem auctum posuēra qui vere effectus potius quām, ex qua oriatur febris, causa dicatur vid. Waldschmidt lib. 3. Cap. 3. de febrib.) necessarim illam fermentationis naturam & fumo & igne cum eā de qua pendit febris haud magis dissimilem in præambulo statuere mens est, quod & definitionis veritas, fermentationis pariter scientiæ prælucescat necessitas.

§. IV. Cum labentibus sæculis ingenia hominum magis ac magis ad studia provocarentur, & altiori rerum prius conditarum scrutatione, figurarum larvæ dehiscent, cœlum hic, ille terram, alter hominem, de quo nobis sermo est, contemplari cœpit. machinam hanc considerantes antiqui & diversas à diversa actiones procedere, naturam seu temperamentum huic & isti individuo, dico homini, indidere pro facultate humoris huic vel isti prædominante sic Riolan: in Commentar: de temper. Cap. 3. verum e. g. quodnam temperamentum est illud in quo bilis superexaltatur, an temperamentum biliosum? intemperamentum si hac voce uti liceat vel recte intemperies dicenda foret, mōrbus enim huic inest non temperamentum; ex quo (cum unus alio, licet uterque sanus, magis sanus dicatur Aphor. 2. Sect. vi.) si constaret homo, jam perfectissime sanus existaret.

§. V. Ast cum ex hisce veterum dictorum cavernis nil lucidi ad ingressum in fermentationis naturam reperiam nisi mixtionem elemen-

## I N A U G U R A L I S. §

lementorum, quam ego omni viventi ob existentia sua necessitatem insitam esse putavero, neandum tamen mihi pharos eluet permeandi, admissa licet & hac mixtione in homine, nobilem illum fermentationem.

§. VI. Optime hanc enucleat Clariss. Willius lib. de fermentatione Cap. 3. est, inquit, fermentatio motus intestinus particularum seu Principiorum cuiusvis corporis cum tenentia ad perfectionem ejusdem corporis vel proper mutationem in aliud. cui definitioni tanquam manu-ductui innitens quae ad ulteriore explicationem reique intellectum pertinent deducere conabor.

§. VII. Quandoquidem mirabilis in opere suo Deus creaturarum cuilibet organa vita sibi necessaria creaverit, alimenta in nutritionem earum crescere fecit, talem cuique mixtionem materiatatur, talem structuram dispositionem largitus est secundum quae quod venenatis cibus & alimentum, non venenatis venenum & mors foret: certum itaque certas particululas in materiaatura debere existere magnitudinis requisitorum figuram, qualitatis & quantitatis &c. quales diversimode incomprehensibili tamen arte ut & structuram constitutio admiranda à summo artifice fabricata sunt.

§. VIII. Tametsi haec similesque variae particulae quae sub qualitate innumerare, comprehendendi possunt apte existant, ineptae forrent, ni, qui eas crearat motum simul indidisset: qui autem motus hic fiat non est hujus loci nec temporis examinare: sufficiat illud Lucretii,

*Tangere vel tangi, nisi corpus, nulla potest res.*  
sicut particularum debita concatenatio, structurae debita collocaatio &c. sic motus in singulo individuo ad gradus ut philosophi ajunt concreatus est. Hic motus eo usque, inter particululas hacten agitans, quasdam precipitans, illas promovens, has aliquo forsitanere subpressas excutiens, bonus est quamdiu eas à functione cuius destinatae sunt peragendae desciscere non faciat.

§. IX. Motum tam diversum fieri in fermentatione non difficile fuerit intellectu considerata diversitate particularum in quae aether subtilis influens varias subit resistantias, quas esse, si corpus nostrum ex tam diversis conflatum consideremus fide dignum erit quod magnus Hippocrat. lib. de Veteri Medicina Text. xxiv. do-

## DISPUTATIO MEDICA

ebit : in homine inest & amarum & salsum & dulce & acidum & acerbum & insipidum, aliaque sexenta quæ pro copia & viribus variæ habent facultates, & hæc quidem mixtione & mutua inter se contemperatione neque cernuntur neque molestia quemquam afficiunt, at ubi horum quidquam secretum fuerit, & per se existenterit, tunc & conspicuum sit & hominem molestia afficit. Quo quidem ad fermentationis dilucidationem quid clarius ? asserit esse in homine diversissimas particulas, asserit illas, esse mixtas mutua inter se contemperatione (quod me Judice temperamentum est) ut hinc motus (qui quasi fermentans dici posset,) ita in illas possit agere, ita illas promovere ut cum tendentia ad perfectionem corporis istius, cuius particulae sunt, fiat. Nec dato textui repugnat hic ejusdem autoris lib. de natura hominis : neque enim omnino ex toto aërem dico hominem esse neque aquam neque terram neque quidquam aliud quia non manifestum est unum in homine esse.

§. X. Ex diversis igitur requiritur ut homo constet quo ut recte horum diversorum mixtio seu crasis moveatur ut cum tendentia ad perfectionem (hoc est cum sanitatis incremento) possit peragi. Restat ultima pars fermentationum definitionis quæ est vel propter mutationem in aliud. Hæc pars cum ad definitionem febris quæ sub fermentatione præternaturali comprehenditur, pertineat, ex sequentibus indagare non displiceat.

§. XI. Viso quodammodo in quibus fermentatio secundum naturam consistat, per consequens in quibus felix ille sanitatis status, hoc est quatenus ad functiones nostras peragendas non laeditur ; haud difficile erit videre (contraria enim contrariis opposita facilius eluescunt) in quibus ut ordine procedamus febris natura constat. Quemadmodum enim ut Hipp. in supra citato textu habet, quod, quamdiu in mixtione & mutua inter contemperatione neque cernantur hoc est nulla judicia morbi præsignent neque molestia quemquam afficiant quid iudicandum ? quam quod contra soluto hoc mixtionis vinculo sanguis tanquam laxis habēnus requiem mixtionis hoc est, motum tardiorem non ferens per totum corpus solito velocius feratur, quippe ejus particulae quibus cum consociis concatenabantur separatis, vel spiculis, figurisve quibuscumque antea se mutuo in contemperatione nectabantur, disjun-

disjunctis undique Aëteris influxui interstitia præbent, sic ut hæ quæ plus sulphuris habent celerime moveantur & oleosæ ac salinæ ab aquosis, terreæ à sulphureis recedentes, bellando principium qualibet prætendat, qua ex pugna misere heu! nimium affligimur homines.

§. XII. Causæ hunc affectum producentes innumeræ sunt quæ internæ & externæ considerari possunt externæ sunt aër insolitus quem plerumque in causa esse non negavero, ictus de quo videatur Hippocrat. lib. v. de morbis popularibus, lapsus vulnera, nimia vigilia labor &c. omnia subitaneum terrorem, motum irregularē sanguini inducere valentia, hypocauti vapores, dè quo videatur Plemp. Cap. 2. §. 36. ita sentiens: plurimum hoc sanitati officit, quia namque & fuliginosa ignis corpuscula in intermedio spatio recipiuntur, & vapores ab ipsa fornacula materia exhalant, sit, ut modicus ille atque conclusus aër valde impurus & gravis reddatur. Hoc habitu (cum non semper culpa solutionis mixtionis in fermentatione particularum ineptitudo, seu alicujus vel aliquarum superabundantia sit, verum quoque æther & aër in proportione ad sanguinem discrepantia, non opere pretium erit hæc ulterius inquirere. Præter enumeratas causas passiones nimiae ut timor, odium, ira, de qua si questionem quis moveat utrum cum natura febris non coincidat? Respondebo lubens dicendo pulsum iræ in initio quidem pulsui febris vix dissimilem sed per moram non ita continuare.

§. XIII. Externis, quæ satis multæ præter quas enumeravimus, missis causis, Contracturus vela, ad internas transgrediar, quæ prout etiam variz, principalioribus electis, lectori haud ingratuus ut spero extiterim.

§. XIV. Circumspectis quæ hominem externè lädere valent, eauis, interiorem oculis rationis cœconomiam lustremus: hanc clare nobis, si à cadaveris inspectione certi quidquam hausimus, anatomia ut clayis aperit; hic diversarum functionum peragendarum diversa se viscera detegunt, hoc acceptum ab ore demolitum cibum concoquit, illa in recessu ad dejectionem irrorant hæc subtiliorem chyli succum assugunt cætera crassiores nutritioni ineptas particulas ad excretionem motu admirando promovent: Hæc igitur & alia multa quam facile à recto suo munere desciscere valent,

### DISPUTATIO MEDICA

lent, non nisi in hac nostra arte periris conceptibile.

§. XV. Principaliora itaque sunt chylus male digestus, quod saepe & ordinarie ex ventriculo depravato, ex pancreate obstricto, ductibus bilariis, glandularum myenterii induratione (quod saepe locum in pueris habet) alvo adstricta quae omnia chylum a crassi sua degenerare faciunt ut ex eodem in sanguinem allatus eundem in discrasiam mutari ausam praebat. Econtra nihil vel parum pro tempore chyli in sanguinem advecto, sanguis quasi marcescit serositatis suis circulando per corporis habitum insensibiliiter expressis. Febris itaque est ubi quavis de causa discrasia talis (omnis enim discrasia sanguinis non est febris, ut in pruritu totius corporis, scorbuto similibus afferribus quae ad estum febrilem exurgat quod in individuis lutitudinem patitur de quibus in exemplum illud *Casp. Hofmanni animadversion. in Comment. montan.* Cap. xxviii. §. 20. *sanguis in alio corpore calet ad 2. in alio ad 3. in alio ad 4. in corpore meo simili inquit satis est si calet ad 2. si ulterius incalescat ad 3. ad 4. jam morbus est econtra in milite aliquo strenuo &c.* Ex quibus infero quod id quod Hofmanno foret causa morbi si augeret motum sanguinis ad 3. vel 4, non ideo foret causa respectu alterius cuius in sanguine calor ad 3. vel 4. esset.

§. XVI. Diagnosticum signum quod febris quem detineat pulsus frequentior est cum enim ut §. 11. diximus inordinatas particulas jamjam interstitia aetheri prebere, & a concatenationibus solutas in motum velociorem rapi, sequitur pulsus, qui a motu sanguinis & spirituum dependet (& praeter quem signa nulla semper adsunt) in hoc affectu veritatis testimonium prodere.

§. XVII. Indicantia in hoc affectu ex causis fluant necesse est sic. Clariss. *Celsus in prefatione Medecinae pag. 4. neque enim (credunt posse eum scire, quomodo morbos curare convenient, qui, unde ei sint, ignoret, & pag. 5. eiusdem prefationis, eum vero recte curaturum quem prima origo cause non sefellerit.*

§. XVIII. Causis ergo, pro monito celsi quantum potueram, principalioribus infectatis, cura instituenda se offert. Advertendum in primis medico est quo in statu an in principio, an in vigore, an in declinatione morbi, et grum convenient, hoc positum, presupposita causae cognitione considerandi sunt fontes, ex chy-

## I N A U G U R A L I S .

chyrurgico. V. S. quidam ajunt in omnibus febribus, exceptâ hecticâ, convenire, quod ex meâ quidem sententiâ (vix enim in ulla febribus, exceptis symptomaticis quæ primum respectum non merentur, admitterem) ni rem circumstantiæ mutarent, contrarium haberetur. Pharmaceuticus fons in se habet, sudorifera, purgantia & sursum & deorsum, clysteres atque diuretica, de hisce distinctive formulas purgantes, diureticas &c. medicamentorumque doses, præscribere, inepte mihi videretur, ut qui à genere incepi in specie concluderem non habito statu ægri, viribus, causâ. Verum cum opus imperfectum, pro consuetudine in arte nostra disputantium esset hæc sequentia subiuncta velim quæ diversimodè sæpe-numero in auxilium vocantur ut v. g. rad. contrajerv. scorzon. gentian. imperator. chinæ, consolid. major &c. Cort. cinæ cinæ, median. sambuc. aliqui laudant cort. Jugland. recent. &c. Herb. meliss., carduibenod. centaur minor. absynt, ejusque summitates &c. salia fixa exprædictis herbis & aliis, spirituosa ut spirit. salis armoniac. C. C. &c. aq. ex puldictis herbi & aliis. &c. sed hæc omnia ut dictum est, Judicio Medico componi & propinari debent. His quæ non secundum rationem levant, credere non oportet, neque timere valde quæ præter rationem fiunt prava. Hippocrat. Aphor. 27. Sect. 2. ut & Aphor. 52. ejusdem sect. omnia secundum rationem facient & non secundum rationem evenientibus, non transeundum ad aliud, manente eò, quod visum est ab initio.

§. XIX. In dieta notandum hoc præcipue, quod à tenui victu incipiendum sit, quò vires ægri (quæ plerumque in æstu febrili, partim propter discrasiam sanguinis hinc nutrimenti depravationem, partim propter motum præternaturalem qui indubie, spiritibus penuriam attulit detrimentum patiuntur,) possent paulatim restaurari.

## F I N I S

B

Doctiss.

Doctissimo Ornatussimoque Domino  
D. GYSBERTO van RHYN,  
cum in inclita Academia Ultrajectina Medicinæ  
Laurea insigniretur.



Frica monstrorum genetrix , libicisque  
tremenda  
Apris , cyclopumque ferax , hominum-  
que voratrix ,  
Desine ; sævitum satis est . Tyrintius  
heros

Exoritur : tibi bella parat bella horrida bella :  
Purgabitque solum monstris saturnia mundo  
Sæcla Cleonæo reddit Mavorte leone  
Prostrato nec mente feres prædantia monstra  
Gorgoniosque angues ultra : dum vita manebit  
Herculis . Hec potuit . Sed mundo pellere morbos  
Herculis baud valuere animi . GISBERTE relictæ  
Hæc tibi sparta fuit . Redimitum tempora lauro  
Cernere natura exultat , dicitque choræas  
Horrescente orco : Radamanthi sceptra fatiscunt  
Sic decuit . Natura parens exporrige frontem  
Pone metum ? tibi dexter adest GISBERTUS ; arenam  
Ingrediare , feres victrix spolia ampla . Nicandros :  
Si quæris : GISBERTUS erit qui sufficit unus  
Nicandris ; cui tela parat jam reddere Apollo  
Procridis : Aonium lœtans Panacea bacillum  
Porrigit . Hoc GISBERTUS erit munimine tutus  
Prosternetque stygis furias & nescia flecti  
Numina . Tela vibrant Clothones , ingruite omnes  
Morborum Eliades , tenebrescant aëre tabo .  
Attamen incassum . Sed contra audentius ibit  
GISBERTUS : Pellitque omnes : Epidauria cernet

Sæcla

*Secla redire iterum: Lernæis flumina lymphis  
Pigrescant. Natura tuos invicta triumphos  
Hoc duce GISBERTO duces: platonica victrix.  
Colla premes: dominansque stigi capitolia scandes  
Celsa triumphatrix. Panacea instructus adibit.  
Morborum genus omne: furentibus usque lethæis  
Undis: mortales medicans GISBERTUS averni  
Faucibus extrudet. Stabit vivacior orbis  
Nestore. Virtutemque tuam celebrabit Apollo*

HENRICUS SPOOR,  
Philosophiæ Doctor.

Ter eere van den E. Heer, mijn HEER

GISBERTUS LAURENTIUS  
van R H I J N,

Toen zijn Ed. na openbare gehoudene redenkaveling van de  
Koortzen, tot Doctor in de Medicijne, den 13. Junij  
Anno 1692. binnen Utrecht, gepromoveerd wierd.

COELO MUSA BEAT. Horat.



waerde vriend, ô Bron, en Wijsheyds Ader;  
O flonker-starre van een helder ligt,  
Gedoog my, dat ik u in vriendschap nader,  
En koome groeten met dit kleyn gedigt.  
Hoe kan ik stille zijn, en my begeven  
Tot luyheyd (een verfoeyelijke zaak)  
Terwijl thans alle menschen, die hier leven,  
In uw geluk betonen haar vermaak:  
En zig vol vreugde laten zien, en hooren,  
Vol vrolijkheyd, vermengd met hand-geklap,

Om

Om dat dien dag nu heden is gebooren;  
Dat gy zult steyg'ren op een hoogen trap;  
Op zulken trap van eer, die vele menchen  
Begeeren, zonder moeyte, en arrebeyd,  
Indien men die verkrijgen kon door wenschen:  
Doch 't gaat daar mee, gelijk het spreek-woord zeyd:  
Dat schoone dingen swaar zijn te bekoomen:  
Wie naar de paarel vischt, dat Zee-juwel,  
Moet dompelen, en duiken in de stroomen,  
Of by bekoomt die nimmer tot zijn deel.  
Geen Schipper krygd ooit zijn gewenschte haven,  
Ten sy by zeylen by zette, en zig spoeyt,  
God Jupiter schenkt aan de menschen gaven,  
Maar 't is voor sweet, voor arbeyd, en voor moeyt.  
Dit wist gy GYSBERT, die van de eerste jaren,  
Gewandeld hebt op 't voetspoor van de deugd,  
Zoo dat gy nu, (och of'er veel zoo waren)  
Verstrekken kunt een spiegel voor de jeugd.  
Hebt gy in 't lezen van vermaarde boeken,  
Uw vlijt, en naastigheyd dus lang betoond,  
Om 't pit, en 't merg der arizenye te zoeken?  
Nu word uw hoofd met Lawwerier gekroond,  
Nu zult gy na gegeven proeve, en blijken  
Van uw vernuf, en ongemeyn verstand,  
Gaan met de kroon der Medicijnen strijken,  
Hoe zeer de nijt zig ook daar tegen kant.  
Des wensche ik u (och mogt mijn wensch geschieden,  
Och dat'er hope in van verhoring stak)  
Dat uwen roem door sterffelike lieden,  
Werde uytgebreyd tot boven 't sterre dak,  
Ja dat den Hemel-voogd u wilde sparen,  
In 't leven, by gezondheyd, fris, en sterk,  
Ten eynde gy een lange reex van jaren  
Mocht nut aan 't land doen, met uw Doctors werk.  
Dan zou de heel-konst u veel roem, en voordeel geven,  
En na de dood uw naam op alle tongen leven.

D. H A V A R T.

Med. Doct.